

ce, nomen, sibi vendicasse videtur, quòd aquosa amet loca: vel, ut ex Veteribus aliqui fabulati sunt, à Nympha, quæ Zelotypia Herculis intabuit & mortua, inque palustrem hanc plantam mutata est. B. *Plompen / water-rozen / meer-bladen*. G. See-blum, hertz-wurtz, mummelken, wasserlilien. Gall. *Nenuphar*. A. Water Lilly.

NYMPHOMANIA, idem quod *Furor Uterinus*.

NYMPHOTOMIA, est nympharum excisio, quarum nimia protuberantia in nupturis virginibus, sponfus copula quandoque frustratur, aut saltem difficulter admittitur; earum excisio *Aegyptiis* frequens, talis erat: Virginem in sella locabant, assidensque retrò robustus adolescens, brachia sua poplitibus puellæ subiciebat ad ejus crura integrumque corpus regenda; tunc Chirurgus ampliori forcipe Nympham corripiens, hanc manu sinistra extraducebat, dextra verò proprè forcipis dentes refecabat, mensuram resectionis eandem, quam in amputatione columellæ, servando: maximè tunc commendata ad hæmorrhagiam sistendam pharmaca topica adhibebant: omni autem pharmaco hic efficaciorum fasciarum usum ignorasse videntur, quæ simplici contra ossis pubis arteriarum compressione, pro lubitu Chirurghi, sine ullo malo subsequente symptomate, sanguinis fluxum cohibent: huic antiquæ methodo nil adjecit *Fabricius* nisi partis constrictionem cum filo, ad sensum ejus hebetandum, antequam culter applicetur. Reliqua à Chirurgo faciunda ex generali doctrina vulnerum facillè cognoscuntur. Ex *νύμφων* Nympha, aquarum & fontium Dea, & *τιμω* seco.

## O.

**O** Simplex, Chymicis *alumen*, denotat, verùm si triplex fuerit, in basi nempe duo, & in superficie unum, *oleum* significat. Si Diametrum habeat, à dextris ad sinistrum latus, *sal* denotat; verùm à superficie ad infimam partem, *nitrum*, erit; in superficie si aderit crux *antimonium*, sed si in infima parte, *cuprum* significabit; in superficie semilunula recumbens dorso, & in infima parte crux, *Mercurii* erit signum, è Vertice, ad basin lineæ, & à dextris crux *vitriolum* denotat. Si habeat transversim telum *Mars* sive ferrum aut Chalybs est, in medio punctum, *Aurum* sive Sol esto.

OBE

**OBELEA**, est *Sutura Sagittalis* in cranio, quæ antè riuſ coronalem poſteriùs Lambdoidem futuram attingit; fit enim ex mutua offium bregmatis conjunctione. Gr. ab  $\sigma\beta\epsilon\lambda\delta\acute{\omicron}$ ; veru. B. **De ppl-naad**. G. Der Pfeilnath. Gall. *La Suture Sagittale*. A. Arrowe Suture.

**OBLATÆ LAXATIVÆ**, & purgantes, fiunt ex farina cum ſaccharo & ſpeciebus purgantibus. B. **Medicinale oblien**. G. Purgierende oblaten, morſellen. Gall. *Oublies laxatives*. A. A Laxatif Wafer.

**OBLIVIO**, eſt rerum antea perceptarum, è cerebro delapſus. Hoc fit cum impreſſio rerum percipiendarum, cerebrum leuiter tetigerit; quemadmodum motus levis vix ſentitur, ita vis leuiter impreſſa facile elabitur. Gr.  $\epsilon\pi\lambda\eta\sigma\mu\omicron\sigma\alpha\upsilon\eta$ ,  $\lambda\acute{\omicron}\theta\eta$ . B. **Vergetelhepd**. G. Vergessenheit. Gall. *Oubli*. A. A forgetting, forgetfulnes.

**OBOLUS**, eſt dimidium ſcrupuli; pendet grana decem: ſic à Medicis ſcribitur  $\mathcal{O}$ , nunc verò character iſte *Hollandiſ* in uſu non eſt. Eſt ſexta pars drachmæ Atticæ ſive æreola ſex. B. **Ein half ſcrupel**. Gall. *Obole*.

**OBRIZUM**, eſt aurum ab omnibus aliis admixtis metallis depuratum, ita ut ſummo igne & fluxu cum Antimonio nihil ampliùs deperdat. B. **Gelutert Goud**.

**OBSESSUS**, eſt, qui, ut dicitur, à Dæmone afficitur: ſed illud interdum verius ſomnium eſt, quàm veriliſimilitudo. Vulgares Medici non capiunt Chriſti Teſtamentum Gr. idèque non Chriſti ſenſum, ſed ſi Hebraicæ linguæ non eſſent rudes, certè aliud iudicium de rebus ferrent. Præiudicium aliquod veteres Judæos obſidebat, qui putabant, omnem morbum, à dæmone aut Diabolo oriri, atque hoc negatur, ergo. Inter epileſiæ & Maniæ morbos recenſeri debet. B. **Bezetenheit**. G. Ein beſeſſener menſch. Gall. *Obſédé*, *demoniaque*. A. *Demoniak*.

**OBSTIPITAS**, idem quod *Scoliaſis*.

**OBSTRUCTIO**, eſt canaliculorum à laterum tumore, callo, contractione, vel corpore impacto, aut laterum à vicinis compreſſione occluſio, ita ut liquor requiſitus per illos fluere impediatur. B. **Verſtopthepd**. G. Verſtopfung. Gall. *Oppilation*, *Obſtruction*, *Bouchement*. A. A ſtopping vel Schutting up.

**OBSTRUENTIA**, ſunt conſtipantia, quæ poros ſudorem nimium effundentes claudunt; aut ſanguinem alibi exiliuntem, ſiſtunt. **OB**

**OBTUNDENTIA**, medicamenta sunt, quæ figuram acrem, superposita alia inertî, tollunt, ut vagina respectu cultri facit; & oleosa respectu veneni. **B. Der stompende middelen.**

**OBTURATORES MUSCULI**, sunt ex iis qui femur flectunt & circumagunt. Horum *Prior* foramen inter pubis & ischium os occupans, dictorum ossium circuitui extremè latus affixus, transversim sive exterius majori infigitur femoris processui. *Alter* etiam *Bursalis* dictus, ejusdem ossium terminis appositus superius inferiusque sub pectinæo musculo, validissimo tendineorum fasciculorum acervo, omnes abscondens quadrigemini tendines magni trochanteris implantatur concavitati. **B. De stopspieren.** **G. Der schenckel mausz.** **Gall. Muscles Obturateurs.** **A. The bending muscles of the thigh.**

**OBULUS**, idem quod *Obolus*.

**OCCIPUT**, Gr. ἰσὺν, est posterior cranii pars. **B. Het agter-hoofst.** **G. Das hintertheil des haupts.** **Gall. l'Occiput,** *le Derriere de la Teste.* **A. The Hinderpart of the Head.**

**OCCULTA QUALITAS**, sic dicebatur olim ea rerum conditio, quæ à nemine explicari poterat: sed nostra ætas qualitates occultas in manifestas mutavit. **B. Verborgte hoedanigheden.** **G. Verborgene gestalten.** **Gall. Qualité Occulte.** **A. Hidden quality.**

**OCCULTI MORBI**, sunt, quorum causam sæpe ignoramus: vel qui in corpore nostro latent, ut sunt cancri, inflammationes in cerebro. **B. Verborgte ziekten.** **G. Verborgene krankheit.** **Gall. Maladie Cachée, Inconnue.** **A. Hidden disease.**

**OCHEMA**, est liquor, seu vehiculum aliquod, quo medicamenta sive nimis arida, vel nimis fortia miscentur, ut tutius & commodius assumi possint. Gr. ὄχημα τῆς τροφῆς, est vehiculum alimenti, sive serum in sanguine. Gr. ab ὄχημα vehe.

**OCHRA**, terræ species durior, coloris flavi seu lutei, videtur ferri de acidulis præcipitati soboles. **B. Oer oker.** **G. Ocher geel.** **Gall. De l'Ocre, ou Rubrique.** **A. Yel lovv Okar.**

**OCHRUS**, est planta, quæ habet caules angulosos, flexiles, repentes: folia oblonga, articulata, modo simplicia.

plicia, modo conjugata, in claviculam abeuntia : flores ex foliorum alis erumpunt, pedunculis brevibus adhærescunt, leguminosi sunt, & albi; flori succedit siliqua rotunda, & cylindrica, sed in superiori parte conica, recondens semina cylindrica, pisi minoris magnitudine, coloris obscuri flavi : radix est fibrosa; hæc planta crescit in pratis : semina sunt edulia, chylum viscidum parientia. Gr.  $\alpha\chi\epsilon\sigma$ , Ochrum & Ochra, seu Pisum Minus, Ervilia, est Leguminis species, à luteo colore, quem medulla referat, nominatur. B. *Kleine erweten / gemeene erweten / ronde erweten / heere erweten*. G. *Kleine erbsen*. Gall. *Petit Pois*. A. *Middel-pease*.

OCHTHODES, sunt ulcera quorum labia callosa vel verrucosa sunt, non maligna tamen, ab  $\alpha\chi\theta\eta$  ripa, &  $\epsilon\iota\delta\omicron$  forma.

OCIMASTRUM, est Herba, & ab Ocimo diminutivum.

OCIMUM seu OCYUM, vel BASILICUM, Est planta, quæ habet caulem densum, qui se in multos ramos lanuginosos & quadratos dividit, foliaque Parietariæ habet, sed minora, odoris fortis, aromatici, penetrantis, & grati : flores sunt verticilli in spicas satis longas, & in summitate ramorum dispersas congesti, odorantes; galea erecta, crenata, longa, quadrifida, simplex, amplior quàm barba, cava, horizontaliter porrecta : succedit postea capsula, quæ semina oblonga, nigricantia, & minima includit : radix est nigricans, fibrosa, lignosa, annua : dicitur ab  $\alpha\kappa\sigma\iota\sigma$ , quod valet citò : sed alii, quòd citò crescat : vel quòd alvum citò citet bobus : nonnulli  $\alpha\pi\omicron\delta$  τοῦ  $\lambda\epsilon\omicron\upsilon$  Redolere, odoratum esse, derivant. Gr.  $\alpha\kappa\iota\mu\omicron\upsilon$ ,  $\alpha\kappa\iota\mu\omicron\upsilon$  &  $\omicron\kappa\iota\mu\omicron\upsilon$ . B. *Balsen-kruid / basilik*. G. *Basilge*. Gall. *Basilic*. A. *Basill*.

OCREA, vide *Tibia*.

OCTUNX, est unciarum octo pondus.

OCULARES, DENTES, vide *Dentes*.

OCULARES DENTES, idem quod *Cynodontes*.

OCULISTA, est medicus, qui in curandis oculorum affectibus, tum per remedia Chirurgica, tum pharmaceutica peritus est. Gall. *Un Oculiste*.

OCULUS, est organum visus externum; componitur ex musculis sex, quatuor nempè rectis, duobus transversis,

sis, quibus in brutis septimus additur. Tunicas habet varias, adnatam, innominatam, corneam, uveam, Ruyfchianas, retiformem, crystallinam, vitream. Humores tres, aqueum, crystallinum, & vitreum. Habet item Nervum opticum, iidem & pupillam. B. *Het oog*. G. Das auge. Gall. *Oeil*. A. The Eye.

OCULI, sunt etiam florum prodromi, idque flores & folia explicabiles. Quæ etiam *Gemma* dicuntur. B. *Botzen*. G. Rebaug, trageknops. Gall. *Boutons*. A. Buds.

ODAXISMUS, est gingivarum pruritus, quando dentes infantibus erumpunt, ab *ὀδᾶξω* prurio. Vide *Dentitio*.

ODONTAGRA, est instrumentum, quo dentes eveluntur. Vide *Forfex*. B. *Gen tant-trekker*. G. Ein zahnbrecher zang, uberwurff, pellican. Gall. *Pincette ou tenaille pour tirer une Dent, Pelican ou Davier, ou Repoussoir*. A. A Tooth-drawer.

ODONTALGIA, sive DENTIUM DOLOR, unus est ex maximis doloribus, sive fit in uno dente, sive in pluribus, sive continuus, sive periodicus. Principio hic dolor solus est, deinde accedunt plerumque gingivarum tumor, & non raro inflammatio aut abscessus: tumor vero sæpè exterius genas, aut Maxillam inferiorem visibiliter inflat, adeoque impedit masticationem, & deglutitionem. Sed caries dentium denique ex diuturno aut sæpiùs repetito dolore consequitur, ita ut dens vel pars ejus excidat, aut variis sinubus, iisque mirè contortis perforetur, quos si aër frigidus subit, ingens ilicò dolor suscitatur: jam ut gravidæ nonnunquam hoc dolore graviter, atque toto gestationis tempore laborent, ita solet hic plerumque eos afficere, qui frigus, nebulas & pluviam aëris passi sunt. Invenies rursùm dolorem, qui quietus est, si quis in aërem frigidiorum prodit, qui verò in calido loco admodum exacerbatur; alii verò ne minimum frigus, vel potum frigidiorum ferunt: sunt qui à dulcibus ore assumptis, etiam si à dolore liberi, mox eo afficiantur: denique cum tumor apparet, plerumque dolor solet minui, & evanescere. Vocatur & *Podagra Dentium*, ex *ὀδᾶξ* dens, & *ὀδᾶξω* doleo. B. *Tandpyn / tandzwer*. G. Zahnwehe. Gall. *Odontalgie, Douleur ou mal de Dents*. A. Tooth-ach.

ODONTIASIS, idem quod *Dentitio, Odontophyia*.

ODON-

ODONTICA, sunt medicamenta, quæ adversus dolores dentium adhibentur, ab ὀδῶν dens, vocantur & *odontalgica*. B. *Middelen tegens tandpyn*. G. Mittel gegen Zahnwehe. Gall. *Remedes contre la douleur des Dents*. A. A remedie for the tooth ach.

ODONTOIDES, quod denti simile est; ut dens secunda vertebra & aliorum ossium, ex ὀδῶν dens, & ἰδῶν forma. B. *Tandachtig*. G. Das den zähnen gleich ist. Gall. *Denté, Dentelé*. A. A tooth like process of bones.

ODONTOLITHOS, est petrosus ille Tartarus dentibus accrescens, ex ὀδῶν dens & λίθος lapis. B. *Kalk der tanden*. G. Kalck der zähne. Gall. *La chaux des dents*. A. Lime of the tooth.

ODONTOPHYIA, idem quod *Dentitio*, sive dentium eruptio, ex ὀδῶν dens, & φύω cresco. Vide *Dentitio*.

ODONTOTRIMMA, ex ὀδῶν dens & τρέω tero. Idem quod *Dentifricium*.

ODORAMENTUM, est Medicamentum odoris gratia adhibendum; componitur ex *Labdano, Styrace, Benzoin, Moscho, Zibeto*, aliisque aromatis. Gr. Ἄρωμα & ὀσφεντιν. B. *Reuk-werk*. G. Lieblicher geruch. Gall. *Parfum*. A. Sweet-savour.

ODORATUS; sive OLFACTUS, Gr. ὀσφεντιν, est sensus, quo ex motu & irritatione nervorum, nasi membranis inferiorum, per effluvia odorifera ideæ quædam sensorio communi offeruntur & repræsentantur. B. *Reuk*. G. Der geruch. Gall. *Odorat, Senteur*. A. Smell, Savour, Sent.

ODORIFERUM, idem quod *Odoramentum*.

OECONOMIA, est quidem rei familiaris dispensatio, sed & administratio quædam circa agrorum dispensationem. Item, succorum in corpore nostro distributio *Oeconomia animalis* appellatur, ex οἶκος domus, & δίδωμι distribuo. B. *Huishouding / beschikking*. G. Haushaltung. Gall. *L'œconomie*. A. Oeconomy.

OEDEMA, Barb. *Undimia*, ab *Hippocrate* nonnunquam latè sumitur pro omni tumore præter sanitatem excitatus, strictè verò pro tumore à pituita sive viscido humore genitus, quando ejusmodi humor alicubi, ferè semper in folliculis panniculi adiposi, stagnat, albus est, mollis & indolens, sine pulsatione, & digitis facillè cedens.

Sed

Sed si symptomata alterius indolis accedunt, ut pulsus, vel calor vel color sensibilis, vel intumescencia, vel dolor, vel aliud quid, dicitur *œdema phlegmonodes*, *Erysipelatodes*, *Scirrholes* &c. ab *ὄδιον* inflatus sum, tumeo. B. **En hout gezwel / Spm-gezwel.** G. Ein wässeriger geschwulst. Gall. *Enflure ou tumeur aqueuse*, *œdeme*. A. Pituious tumour.

**OENANTHE**, est planta, quæ habet primo folia ampla, repentia, & Petroselinio familia, deinde Peucedanum referunt, intra hæc assurgunt plures caules, duos circiter pedes alti, angulosi, ramosi, striati, cærulescentes: flos rosaceus, & umbellatus, plurimis scilicet petalis constans inæqualibus, cordiformibus, in orbem positus, & calici insidentibus: is autem abit in fructum ex duobus seminibus compositum oblongis, hinc gibbis & striatis, inde verò planis, in aliquos veluti aculeos desinentibus, quorum medius cæteris validior. Dicitur *ἀπὸ τοῦ ὄνου* & *ὄνου* à *vino* & *flore*, quasi flos vinosus, quod odore & quadantenus colore, sit viti similis. Malunt alii sic dictam. quod viti similem florem ferat, vel quod cum viti floreat. Illud nomen imponitur quoque Filipendulæ, spondylis, Junco odorato &c.

**OENOLÆUM**, est vini & olei admixtio, ex *ὄνου* vinum & *ἐλαιον* oleum. B. **Geolide wjn.** G. Wein vermischt mit oel. Gall. *Vin huileux*.

**OENOIDES**, est vinum dilutum, aut latex, vino analogus, ex *ὄνου* vinum, & *ὄνου* forma.

**OENOGALA**, est compositio ex vino & lacte, vel ut alii volunt, vinum lactei teporis, ex *ὄνου* vinum, & *γάλα* lac.

**OENOMEL**, est mel vinosum, sive mulfum vinosum, vel mulfum cui ingreditur vinum, ex *ὄνου* vinum, & *μέλι* mel.

**OENOTHERA**, putant esse *Lysimachiam*: dicunt radicem exsiccatam vinum olere, ab *ὄνου* vinum, & *θηνη* pono, vocatur etiam *Onagra*.

**OESOPHAGÆUS**, est musculus œsophagi constrictor, Sphincter dictus, ab utroque latere cartilaginis cricoidis ortus, os œsophagi amplexus, & extrorsum ambiens. B.

**De sicut spier.** G. *Mausz der speisröhre.* Gall. *Muscle de l'œsophage, ou l'œsophagien.* A. The Muscle of the gullet.

**OESOPHAGUS**, est fistula membranacea, à faucibus ad stomachum tendens, quâ cibus in ore masticatus & saliva mixtus ad ventriculum transit: tunicas habet quatuor; *Extimam* sive *membranaceam* à peritonæo, quo etiam ventriculus vestitur, sumit, vel potius à pleura, quia per thoracis posteriorem partem incedit, cujus interna latera pleura investiuntur: nam ob communem originem, de nomine non est disputandum: videatur Anatomia reformata, nuperrimè à me luci exhibita. *Secunda* est musculoſa ex fibris longitudinalibus, externis, & orbicularibus internis composita. *Tertia* huic succedens est vasculoſa, infinitis numero vasculis ad glandulas hic sitas contexta. *Quarta* seu *Intima* prorsus nervea est, quæ intus crusta villosa obducitur, & verè pro quarta sumi potest. Fortè ab ἰσθός vimen, quia fibræ ejus viminis instar contextæ sunt: vel ab ἰσθω Fut. à φέρω feram, quia omnes cibos versus ventriculum fert, & φάγω edo, vocatur item *Gula*, *λαιμός*, *σομαχός*, ἰσθμός *Eustath.* διὰ τοῦ ἰσθμοῦ τὰ σιτία. B.

**De slok-darm.** G. Die speisrehte, die kähle. Gall. *L'œsophage*, le gosier. A. The gullet.

**ŌESTRUM VENERIS**, idem quod *Clitoris*, vel *Nympha*, est corpus exiguum, teres, rubellum, uvulæ apici non absimile, situm antè foramen urethræ, undè nomen *Νύμφης* accepisse videtur, apparet deductis utrimque muliebris sinus labiis, sub monte veneris, in alarum summitate nidulatum; in diversis fæminis diversæ magnitudinis juxta ætatem, tempus, naturam moresque reperitur, plerumque tamen in adultis, benè natis, non libidinosi extremi articuli infantis digiti magnitudinem æquat; situ verò, figurâ, substantiâ, fabricâ, erectione, coli virili satis exactè respondet, quamvis ab eo exilitate, brevitatem, imperforatione inprimis differat: pars enim ejus externa glandi virili similis, & hinc eodem nomine donata, latitans hæret sub corrugata, membranæ labia interiora, alafque succingentis, productione, in superiori vulvæ parte ubi angulo acuto illa coeunt; efficiente tegumentum antè & retro supra glandem mobile, duplicatum, triplicatum, imò & quadruplicatum apparens, quod propter similitudinem & usum, quem cum virili præputio communem habet, præputii nomen accepit; licet tamen nomina sint eadem, præter exilitatem, à virili fæminina glans maxime dif-



differt ratione quâ producitur; illa enim, à retroflexo corpore fungoso urethræ, supra corpora duo penis nerveo spongiosa obtusa desinentia, efficitur; hæc verò nil est nisi ipsè finis corporum duorum cavernosorum, Nymphæ corpus constituentium, & in glandis speciem desinentium; undè facillè deducitur hanc glandem imperforatam esse; quamvis plerumque specie quâdam oblongi foraminis cæci donetur, nec glans sola differt, verùm & præputiolum præter exilitatem diversum est à virili in eo, quod partem glandis tantummodo superiorem tegit: illa autem corpora duo cavernosa sic in speciem glandis desinentia, non ab extremis uteri ligamenti rotundis, ut putabat Columbus, sed bifurcato principio oriuntur ab osfium pubis inferiore parte sub quibus utrimque oblique delata in unum corpus coeunt, in pinguedinè pubis antè meatum urinarium molliter reconditum, mox in summitate vulvæ prominens, desinensque: hocce verò corpus propriè Nympha dictum, triplo serè brevius est ipsis corporibus, undè nascitur, quæ licèt hoc respectu à corporibus colis nerveo spongiosis differant omninò tamen similem substantiam habent, innumerabilibus enim inter se communicantibus cavis cellulis constant, in quibus arteriarum venarumque extrema oscula patent; quod post sanguinis elotionem, inflatis, exsiccatis, injectis facillè demonstrant: vocatur etiam columella, quia parvo Gargareoni comparari potest; præter dicta nomina, plura alia inveniuntur ab usu, & à figura, tum apud Arabes, tum apud recentiores, Duce imprimis Columbo, qui illa à saphois sui ævi didicisse videtur. Gall. *Le Clitoris*.

**OESYPUS**, *Plin.* lana succida, vellus succidum *Mart. Ovidius*, Oesypum exponit succum ab immundo ovis vellere demptum. *Plin. lib. 29.* fordes sudoremque lanis ovium adherentes. Versantur itaque non parvo in errore, qui *Oesypum* interpretantur pro scybalis & stercoris pilulis ovium lanæ inhaerentibus; cùm *Plinius* eodem in loco nomine alio, eas donet, videlicet fordes caudarum in pilulas concretas appellans, *ἄστυον* quasi *ἀστυόν* ovis fordes, & *ἄστυον*. B. t. *Der van de ongewasse schape-wol / wolte met der joekken*. G. Ungewaschene wolle, die noch fett und schmutzig ist. Gall. *Suin, ou Oesype*. A. Fat or yoky Wool of a Sheep.

**OFFICINA**, Medicis est alia Pharmaceutica, in qua Galeni Medicamenta maximè præparantur: alia & Chymica, in qua essentia, ex mineralibus, Vegetabilibus & animalibus, in varia forma extrahuntur, & dicitur vulgò, *Laboratorium* à Laborando. Vide *Laboratorium*. Et alia est *Chirurgica*, in qua res ad Chirurgiam pertinentes tractantur. Gr. *Εργαστήριο*. B. *Een winkel / werk-plaats / werk-huis*. G. Eine werck-stätte, werckladen. Gall. *Laboratoire*, *Boutique*. A. A Shop, a Ware-houfe, Work-houfe.

**OLEA**, est Arbor mediocriter magna, cujus cortex est politus, coloris cineritii, lignum solidum coloris subflavi, saporis amari: folia sunt oblonga, angusta, salicem referentia, acuta, crassa, dura, carnosâ, in superiori parte viridia aliquantulum, in inferiori albescentia, non lanuginosa, caulibus brevibus adhaerentia, sibi invicem opposita: flos est monopetalus, calicem habens, ex quo pitillum egreditur, undè deinde fit fructus oblongus, ovalis, viridis, carnosus, succulentus, qui fructus *Oliva* dicitur, sapor ejus est amarus, acer, acerbus, & ingratus, in se includens putamen osseum oblongum, quod continet semen ejusdem figuræ, hæc arbor crescit in regionibus calidis. à Gr. *Ελαια*, undè quoque *Oliva*, à *λαίω* lævis, quòd cutis ejus quasi glabra sit & niteat: vel ab ipso fructuum succo pingui, glabro & lævi. B. *Olyf-boom*. G. Oliven-baum, Oel-baum. Gall. *Olivier*. A. Olives.

**OLEANDER**, vide *Nerion*.

**OLEASTER**, est Olea sylvestris, vide Etymon in *Olea*.

**OLECRANUM** sive **ANCON**, est processus major ulnæ sive ossis cubiti primi. Item suprema humeri pars, ab *ἀλήνη* cubitus, & *κεράνος* caput.

**OLECRANUS**, idem quod *Anconæus*.

**OLENE**, est *Cubitus*, sive *Focile majus*.

**OLEUM**, Gr. *Ελαιον*, est pinguedo quædam fluida ex fructibus aut feminibus expressa, uti est olivæ, palmæ, amygdalorum, raparum &c. vel est destillata ex rebus pinguibus, uti ex cinamomi cortice, caryophyllis, anisi femine &c. vel est composita, uti oleum jasmini, castorei, camomillæ &c. in genere est corpus liquidum, id est leni calore fluidum, ad sensus homogeneous, non tamen simplicissimum, totum inflammabile, & aquæ non permis-

miscibile, in resinæ consistentiam condensari potens, tumque tenacissimè adhærens. B. *Olpe*. G. Oel. Gall. *Huile*. A. Oyl.

OLEUM PETRÆ, Gall. *Petrole*, ou *Huile de Petrole*. vide *Petrolæum*.

OLEUM TERRÆ, est pellucido-rubicundum, odoris fortis Petrolæum æmulantis, sed gravioris. Antè paucos annos nobis ex India Orientali allatum est, ubi ex monte quodam effluere dicitur, sed est oleum ex Nuce Cocos expressum atque Terris medicatis commistum; id enim quod genuinum est, ex India ad nos non affertur, sed à Regulis afferatur, venit quoque ex Bohemia atque ex Barbados. B. *Hard-olie* / *siren-olie*. G. Stein Oel.

OLFACTUS, idem quod *Odoratus*.

OLIBANUM, vide *Thus*.

OLIGOPHOROS, est vinum tenue, paucis spiritibus gaudens, ex *ὀλίγος* paucum, & *φορέω* fero.

OLIGOTROPHIA, est imminuta nutritio, ex *ὀλίγη* paucum, & *τροφῆ* alimentum.

OLIGOTROPHUS, est cibus minus nutriens, cui opponitur Polytrophus, Ex *ὀλίγος* paucum, & *τροφή* nutritio.

OLIVA, est Oleæ fructus: derivatur ab *Olea*, virgilio triplex est, nempe *Orchites* à testium similitudine; deinde *Radii*, ita à Longitudine nominatæ, tandem *Amara Pausta Bacca* sive viridi. Oliva à paviendo, id est tundendo dicta; aliter enim ex se oleum non facit. B. *Olive*. G. Oliven. Gall. *Olive*. A. Idem.

OLOSTEUM, vide *Holosteum*.

OLUS, ab alendo dicitur, quod oleribus alerentur homines, antequam fruges repertæ essent. Vide *Lachanum*.

OLUS ATRUM, vide *Hippofelinum*.

OLYRA, est frumenti species, affinis zeæ, an *ὄλυρα* quasi corruptior zeâ? Ex *ὀλύω* perdo, corrumpo.

OMASUM, vide *Abomasum*.

OMENTUM, RETICULUM, sive intestinorum operimentum, est membrana duplicata, intus cava, verum sacculum formans, intestinis intrata, pinguedine & vasis sanguineis copiosè adinstar retis piscarii intertextâ, glandulis quoque duabus aut tribus dotata, Ventriculo, Colo, & Pancreati annexa, ut intestina calore suo foveat, tum hæc pinguedine subtilissimâ, unâ cum vapore ro-

rido ex tenuissimis vasculis exhalante, illiniat, ne vel arescerent, vel motu peristaltico attererentur, vel cum invicem concreverent; habet lactea quaedam vasa & lymphatica, item ductus & sacculos adiposos per plures, in quibus adipem colligit pro tempore, & aliquando in maxima copia, quam tamen quoque effundit per ductus parvos in Venas sanguineas versus Hepar tendentes, ut una cum sanguine mixta inserviat generationi bilis, de quibus videatur *Anatomia nostra reformata*. Gr. Ἐπίπλοον. B. **Net**. G. Das nets des eingeweids. Gall. *Le Coeffe, l'Omentum, ou la membrane, qui couvre les entrailles*. A. The netlike fat which coverth the Guts, Cawle.

OMOGRA, est dolor arthriticus humerum afficiens, ex ὀμοῦ humerus & ἀρῶν capio, quasi humeri captio. B. **Schouder stercyn**. G. Der schulter flusz. Gall. *La Goutte dans l'espaule*. A. The gout in the Shoulder.

OMOPLATA, sive HOMOPLATA, Lat. *Scapula*, est os latum & tenue, non tam ad costarum dorsalium tutelam, quibus scuti instar incumbit, quam claviculae & praecipue humeri, tutam articulationem comparatum. Figura triangulum exhibet, longiore latere in basin porrectum. Angulum habet superiorem & inferiorem; intus concavum, extus, gibbum: processus obtinet tres; nempe *Spinam, Coracoideam & brevem*, ex ὀμοῦ humerus & πλάτης, latus. B. **Schouder-blad**. G. Schulter-bein, das schulter-blatt. Gall. *l'Omoplate, Paleron*. A. The Shoulderblade.

OMPHACIUM, est succus ex uvis immaturis expressus. *Agresta* officinis dicitur. Gr. ὀμφάκιον. B. **Verjus**. G. Agrest. Gall. *Du Verjus*. A. Verjuje. Item est oleum immaturum.

OMPHALOCARPOS, APARINE, vocatur ab umbilico nempe similitudine, quam semen ejus refert, ex ὀμφαλῶ umbilicus, & καρπὸς fructus.

OMPHALOCLE, est Hernia Umbilicalis: quando nempe Omentum, vel intestina circa umbilicum prouberant: quod fit relaxatione vel ruptione peritonæi, illud enim hic ob regressum vasorum umbilicalium est simplex, veluti quoque est in exitu vasorum spermaticorum, verum cæteroquin ubique in abdomine est duplex, adeoque viribus prementibus intestina inaequalis resistentia contrahitur, nempe hic loci minor ob simplicem lamellam, quare

quare cedit : contingit hoc herniæ genus plerumque in mulieribus pinguiſſimis, laxiſſimæ ſtructuræ & ætatis ſenſcentis ; rariùs in viris, ſed & his pariter pinguiſſimis & laxis ; ſi macilentis contingat, à cauſa violenta externa fuit inductum, alias nunquam, itidem evenit in laxis infantibus ; ex *ἔμφαλις* umbilicus, & *ἔμφα* tumor. B. *ἄβητ. ἔμφαλις* / nabel-*ἔμφαλις*. G. Ein nabel-bruch. Gall. *Hernie du Nombril, Omphalocèle, ſortie du Nombril*. A. A rupture of the navill.

OMPHALOS, vide *Umbilicus*.

ONAGRA, vel ONOTHERA, eſt planta, quæ habet caulem craſſum, in parte inferiori rotundum, in ſuperiori anguloſum, ramoſum, grifeum, & in ſummitate punctis rubris inſtructum, medullam continentem : folia ſunt longa, anguſta alternatim diſpoſita, ſinuoſa & in marginedentata : flores ſunt roſacei, odorantes, citò caduci, quatuor plerumque petalis in orbem poſitis conſtantes, calici inſidentibus, è cujus ſuperiori parte, quæ ſiſtuloſa eſt, ſurgit piſtillum parte inferiori in fructum abeunte cylindraceum, in quatuor partes dehiſcentem, & in quatuor loculamenta diſiſum, ſeminibus ſætum ut plurimum angulatis, exiguis : radix eſt craſſa, longa, alba, fibroſa : hæc planta creſcit in America. Dicitur quòd beſtias feras, maximè aſinos, manſuetas reddat, ab *ὄνος* aſinus & *ἀντιον* laboro, laborando enim & ferendo defatigantur : præſertim ſi *lyſimachio* caſtigentur. Vide *Oenothera*.

ONITIS, eſt *Origani* ſpecies, dicta, quòd ab aſinis impetretur, ac in cibo gratum eſſet, *ὄνος* enim eſt aſinus.

ONOBRYCHIS, eſt *Leguminis* ſpecies : ſive planta, quæ habet caules rubicundos, repentes : folia *Galegam* referentia, ſed minora, in parte ſuperiori viridia, in inferiori alba & villoſa, acuta, bina coſtæ adhærentia : flores denſe ſpicati, & alis foliorum erumpentes, leguminoſi, rubicundi, rarò albi, flori ſuccedit ſiliqua brevis, criſtata, vel echinata, ſubrotunda, ſæta ſemine reniformi : radix longa, mediocriter craſſa, extùs nigra, intùs alba ; hæc planta creſcit in pratis. Dictam volunt ab aſini rugitu, quòd eo depaſto fremant aſini, ab *ὄνος* aſinus, & *βρυχῶ* frendo, ſtrideo, vel, quaſi ab *ὄνος βρυχῶν* quòd fuſum unà cum ſcaturiginibus erumperet, vocatur. B. *Hanne-kammeheng*. G. Kerſt-wurtz. Gall. *Saint foïn*. A. Medick vetcheling.

ONOSAT, est vox Arabica significans obolum vel scrupulum dimidium.

ONONIS, vide *Anonis*.

ONYX, vide *Unguis*. Onyx dicitur etiam Alabastrum.

OPERATIO, Gr. *Ἔργαζία*, *Ἐργασία*, est labor non tantum Chirurgis familiaris, ut operationes circa lithotomiam, Herniam &c. Sed & Chymicis, qui suos processus etiam *Operationes* nuncupant. Ita medicamentorum in corpore nostro effecta appellantur à Medicis *Operationes*. Ita & Pharmacopæi suas habent *Operationes*. B. *Werking/verrigting / uitvoering*. G. *Wirckung*. Gall. *Operation*. A. A workinge or opration.

OPHIASIS, est capillorum morbus, quo extenuati, hinc inde spatiis intermissis, macularum serpentis instar, decidunt ab *ὄφιο* serpens, & *ἰσος* simile. Vide *Alopecia*.

OPHIOGLOSSUM, sive LINGUA SERPENTINA, est herbae quaedam excrecentia longa, linguae serpentinae æmula, planta hæc habet folia Betæ minimæ, sed crassiora, recta, polita, carnosâ, & angusta, aliquando ampla & rotunda; saporis viscosi & dulcis: caret hæc planta floribus, sed ex alis caulis erumpit fructus figura linguae compressæ, in plures cellulas bino ordine per longitudinem divisus, quibus spontè disruptis utrinque denticulatus fit, hæc cellulae includunt pulvisculum minimum: radix est fibrosâ, crescit in pratis & locis humidis. Ex *ὄφιο* serpens, & *γλῶσσω* lingua. B. *Adders-tong / speerkruid / water-tong*. G. *Natter-zeunglein*. Gall. *Herbe sans Couture, Langue de Serpent*. A. *Adders-tongue*.

OPHISCORODON, sive allium anguinum, est alii species, cujus caulis obscure rubicundis seu nigris maculis commaculatur, vel est alia Allii species, cujus caput cum suprema caulis parte serpentis in modum contorquetur, ex *ὄφιο* anguis, & *σκόροδος* allium. B. *Serpent-look/berg-look*. G. *Lang-lauch, sieg-wurtz, wald knoblauch*, Gall. *Pierre Serpentine*. A. *Serpents garlick*.

OPHITES, est Marmor instar porphyritæ durissimus, colore viridi saturato, dilutis ejusdem coloris maculis quasi aspersus. Sed & alium constituunt colore cinereo, & eadem duritie, nec non & nigriusculis maculis variegatum, & hunc mollitie alabastritâ. Veteres Ophitæ genera fecerunt, *nigricans durum, cinereum punctis distinctum*.

*Etum*; lineis quibusdam candidis interstinctum, candidum, molle. Hinc apparet Veterum Ophitem à nostratibus esse diversum. Foditur noster in locis variis Italiae, Germaniae, verbi gratia in Misnia, quod tamen ob mollitiem, rectius Alabastris accensetur, diciturque *Zeblicium*. Gr. *ὄφις*. Lat. Serpentinus. B. *Serpentyn-steen*. G. *Serpentin-stein*. Gall. *Pierre, Serpentine*. A. *Serpentin-stone*.

OPHRIS, est planta, quæ habet caulem rotundum: folia sunt plantaginis latifoliae foliis similia, duo in qualibet planta quandoque tria, sibi invicem opposita, altero ex alterius sinu prodeunte, saporis viscosi & quodammodo dulcis: flos est polypetalus, anomalus, sex petalis scilicet dissimilibus constans, quorum quinque superiora ita disponuntur, ut galeam quodammodo æmulentur, inferiori capitato & quasi antropomorpha: calix autem abit deinde in fructum seu utriculum, tribus fenestris pervium, quibus adhærescunt valvæ, feminibus fætæ minutissimis instar scobis. Est *Bifolium*, *Plinius* scribit *Ophrys*, & significat supercilium, an à duobus superciliis, *Bifolium* sit appellatum; sumitur tum pro Orchidis specie, binis gaudens foliis, tum pro Lunaria quadam.

OPHTHALMIA, quam *Celsus* Lippitudinem vocat, est tunicarum oculi inflammatio, cum dolore analogo ac si spina esset oculo infixæ, cumque copiosis & ferventibus lacrymis in initio, sed quæ successivè crassiores factæ in lippam mutantur, album oculi tumet valdè, & vasis sanguineis scatet, *ὀφθαλμῖτις* oculus. B. *Entsteking der ooggen / oog-gezwel*. G. *Das augenwehe*. Gall. *Ophthalmie, mal des yeux*. A. An inflammation of the eyes.

OPHTHALMICA, sunt medicamenta adversus oculi mala. B. *Oog-middelen*. G. *Mittle gegen augenwehe*. Gall. *Remedes pour les yeux*. A. *Remedy for the eyes*.

OPIATA & OPIATUM, sive Electuarium, medicamentum internum est, quod consistentia opiatae Officinae (ut *Thebiacæ* vel *Mithridatio*) simile, ex variis rebus melle vel syrupo exceptis, in plures doses est concinnatum. Generaliter sumitur pro omni Electuario, sed specialiter pro iis tantum quæ opium, à quo denominatio, recipiunt, uti pro *Thebiacæ*, *Mithridatio*, *Diascordio*, *Philonio*, *Requie Nicolai* &c. B. *Een Opiat / een ge componerde conferf*. G. *Ein opiat, conferw*. Gall. *Un Opiat*. A. An Opiat. Qq 5 OPIO-

OPIOLOGIA, est Opii descriptio, ab ὀπιῶν succus, & λείψανον narro.

OPISTHOCYPHOSIS, idem quod *Cyphosis* & *Opisthotonos*.

OPISTHOTONUS, est tetanus sive tensio aut convulsio cervicis & spinæ versus posteriora, contractis fursum pedibus, cum rigore aliquandiu perseverante, ex ὀπισθεν à tergo, pone, & τένω tendo. B. *Agterwaartse spanning*. G. *Der krampff, der einen hinterwertz zeucht*. Gall. *Convulsion du col & de l'Epine en arriere*. A. *Cramp of the neck*.

OPIUM, sunt qui Opii ac Meconii nomen confundunt, & duo pro uno eodemque habent; sed malè. *Opium* enim lachryma est, quæ stillavit ex capitibus papaveris, dum maturecebant, leviter incisís. *Meconium* è contra succus est ex iisdem expressus. Estque triplex, *Album* adfertur ex Cairo, quod & fortè *Thebaicum* vocatur & *Meceri*. *Nigrum* & durum venit ex Aden. Tertium flavescens magis & mollius, ex Cambaja & Decan mittitur. Turcæ ex albo colligunt papavere. *Opium* quod hic in Hollandia dividitur nigrum est, amarum & graveolens, forsán nihil aliud erit quàm *Meconium*, quod javanenses *Pouff* vocant, & eo utuntur infimæ fortis homines: sed quod ex ipsis capitibus stillat, *Affion* dicitur & à ditioribus tantum usurpatur, & in deliciis habent; præsertim si eo uti assueti fuerint. Aliàs paucula grana ad soporem concitandum sufficiunt, ideò frigidum non est, sed ob penetrandi vim, *Calidum*. Gr. ὀπίον. B. *Eulsap*. G. *Magfamen fast*. Gall. *Opium*.

OPOBALSAMUM, vide *Balsamum*.

OPOCHRISMA, tale dicitur unguentum, quo si ensis aut aliud instrumentum vulnerans illinatur, vulnus adactum suâ sponte sanetur. Ex ὀπλα arma, & ὀπιο ungo.

OPODELDOCH, nomen est alicujus emplastri vulnera & ulcera sanantis: istius descriptiones inveniuntur apud *Paracelsum*, *F. Wurtis*, *Mindererum*, aliosque autores. Nomen est Chymicum fictitium, nihil significans: species est Emplastri stichtici. Ideòque etiam B. sonat *Stechpleister* & *wond-pleister*. G. *Stichpflaster*.

OPOPANAX, est gummeus succus ex Herbæ Panacis *Heraclei* radicibus & caulibus fauciatis stillans, ac concrefcens, primo est albidus coloris, sed post siccationem



flavum & quasi croceum acquirit colorem, odor est gravis, sapor amarus, friabilis est, intus albescit, & granulatim sæpè invicem adhæret. Gall. *Opopanax*.

OPORTET, quid in simplici sensu sit nemini non notum, sed *Helmontius* ita describit, est, inquit, tribulus & spina terræ, in vita mediâ hominis. Vel restrixit ad *Necessarium*, quo vitæ mediæ qualitates remanent in transmutatis, ideòque vocavit *Magnum oportet*.

OPPILATIO, idem quod *Obstructio*.

OPPRESSIO, dicitur de Cordis & Præcordiorum anxietate in febribus ardentibus, ob sanguinis liberum transfuxum impeditum oriunda.

OPTICA, vide *Opticus Nervus*.

OPTICUS NERVUS, sive visorius, qui in fundo oculi explicitus & *retina* dictus, excipit radios lucis, hincque rerum supra retina depictarum ideæ in Cerebro ad sensorium commune deferuntur; utriusque nervi origo ex thalamis nervorum opticorum provenit, postea hi nervi coeunt, & cranium egressuri ab invicem sejunguntur. Ab *ὀπτικός*, video. *Optica* sunt medicamenta quæ adversus oculorum affectus valent. B. *De oogzenuw*. G. Der augen sennader. Gall. *Le Nerf optique*. A. Optick nerves.

OPUNTIA, Planta est ad altitudinem magnæ arbusculæ crescens: folia sunt magna, longa, crassa, viridia, dura, tuberculis spinosis instructa, succo plena, viscosa, nervosa: flores sunt rosacei, flavi, aut rubri; petalis plurimis in orbem positis constantes, innati apici ovarii, numerosissimis staminibus præditi: ovarium, cujux apex in ambitu speciem calculi refert, fit fructus carnosus, umbilicatus, unicapularis, excavatus, continens pulpam medullosam, rubram, saporem dulcem habens, fetus seminibus annulatis, saporis non ingrati; hæc planta crescit in Italia & in Gallia: si unum folium terræ mandetur, crescit, datque novam plantam: tota hæc planta foliis constat, fertque ficus edules, quæ satis gratæ: ab urbe Opunte nomen habet: estque fici Indici species. Gall. *Figuier d'Inde; Raquette, Cardasse*.

ORBICULARE OSSICULUM, est auris internæ parvum, rotundumque ossiculum, incudis processui adnatum, quod articulatur cum stapede.

ORBICULARIS, sive CREPITUS LUPÍ, est Fungi

gi species, sunt vel rotundi, vel semirotondi, sed incertæ magnitudinis. Nascuntur in campis desertis; nullum habentes pediculum, intus spongiosi sunt, & si recentes fuerint, aquam continent: siccati verò spongiosam, & pulverulentam continent materiam instar ochræ subnigræ, quæ semen est; extus pellicula obducuntur ejusdem serè coloris: utuntur Chirurghi in sanguine sistendo. **B. Wolfs-berst / bobist / dult / bult.** G. Bubenfist, weibersfist, wolffsfist, bofist. Gall. *Vesse de Loup.* A. Wolfs-fart.

**ORBITA OCULI**, est antrum sive cavitas, è processibus ossis frontis ad canthos oculi protensis, & ossè maxillæ superioris illis conjuncto constans, oculi bulbum excipiens.

**ORCHIS**, Est planta, quæ habet folia ex radice erumpentia, simplicia liliaceis similia: caulis est rotundus; finis pedunculi exit in ovarium oblongum, triloculare, tri-valve, tribus fenestris pervium, continens pulverulenta feminula: flos infidet apici ovarii, mirabilis structuræ, hexapetalus, vix describendus: radix rotunda, carnosa, tuberosa in triorchin, Didymos, monorchin, vel carnosam palmatam formam formata, succulenta, albida, paululum compressa, viscosa, subdulcis odoris seminalis: hæc planta crescit in locis humidis. Est *Satyrium*, Latinis *Testiculus*, sic dicitur, quòd ejus radices ex duobus, aut tribus constent globulis, quasi tot Testiculis, qui pro varia forma, varia quoque obtinere nomina, ut *Cynosorchis*, *Tragoforchis*, &c. **B. Hondelens-kruid / standel-wurtz.** Gall. *Couillon de Chien*, *Satyrium.* A. Dog-stones.

**ORCHIS**, est testiculus, cujus substantia in viris nihil aliud est, quàm minutissimorum vasculorum alborum, ordinatoque inflexu, in quibusdam dissepimentis locatorum, semen conficientium congeries; quæ sunt productiones ex Arteriis feminalibus hic tramite recto in vasa angustissima desinentibus, dum per laterales ramos & Anastomoses suam sanguinem Venis infundunt; & nervi quamplurimi, uti & Lymphatica copiosa hic terminari in vasculis quibusdam videntur: figuræ est ovalis, cui superius incumbit supereminens corpus, Epididymis dictum, testis continuatio, at in foeminis longè aliter se res habet, componuntur autem in iis, ex multis membranis ac fibrillis laxè sibi

sibi invicem unitis, in quarum intercapedine plurima corpora alba reperiuntur : testiculi foeminarum ova pariunt, ideoque rectè *Ovaria* vocantur. Vocantur item *Testes*, *Colei* Cic. & Mart. *Vasa* Plauto, ὄρχις, Διδυμοί, Μήζια Hesiod. Μήσια Homer. ὄρχισθία, ὄρχις Oppiano. Hoc etiam nomine gaudent radices Satyrii ejusque species. B. *Balletjes* / *hlootjes*. G. Hoden, hœdlein. Gall. *Testicules*. A. Testicles, Stones.

ORCHOTOMIA, est testiculi exisio. Vide *Orchotomus*.

ORCHOTOMUS, est, qui testiculos excindit, quâ operatione animalia castrantur, ne cum aliis coeant, inde *Orchotomia*, sive testiculorum excisio, ex ὄρχις testiculus, & τμήνω feco. B. *Gen lubber*. G. Ein die der hoden aufzschneidet. Gall. *Châtreur*. A. Gilder, or Stone Cutter.

ORDEOLUM, Barbaris idem quod *Crithe* & *Hordeolum*.

OREOSELINUM, est Apium seu Selinum montanum, ex ὄρεος mons & selinum, vulgò *Petroselinum*. Gall. *Perfil de montagne*.

OREXIS, est ordinarius cibi appetitus, is oritur à fermento, tum à liquore gastrico ab arteriis coeliacis ventriculo inspirato, & laterum ventriculi mutuo contactu ob respirationem, quo tunica nervosa, ejusque nervi inordinatiùs moveantur, ad alimentum idoneum appetendum, ab ὀρέγομαι cupio. B. *Honger* / *et-lust*. G. Hunger, begierd zu essen, lust zur speisz. Gall. *Faim*. A. Appetite of meat, Hunger, Famine.

ORGANICA PARS, est, quæ ex variis partibus, quarum natura & efficacia diversa est, constat, uti musculus constat ex carne, membranis, tendinibus, variisque vasis &c. ei opponitur *Similaris pars*, de qua suo loco. B. *Gen organik-deel*. G. Ein theil bestehend aufz vielen andern. Gall. *Partie Organique*. A. Organick part.

ORGANUM, est pars, quæ ad sui constitutionem, actionesque perficiendas, rectam & determinatam, sensibilemque conformationem requirit, ut brachium, musculus, cor, &c. B. *Gen werktuigig deel*. G. Werckzeug. Gall. *Organe*. A. Idem.

ORGASMUS, est impetus & incitatio sanguinis vel spirituum, ut si quando spiritus animales cum impetu in nervorum genus ruunt, ab ὀργάζω. B. *Wist*. G. Schnelle treibung. Gall. *Orgasme*. A. Quick Motion. ORI-

ORICHALCUM, vide *Aurichalcum*.

ORIGANUM, est planta, quæ habet caulem durum, quadratum, villosum: folia majora calamintham referunt, minima majoranam, villosa sunt, odorata, saporis aromatici acris: flores in spicas squammosas congeruntur, monopetali, labiati, horum labium superius furectum est, subrotundum, bifidum, inferius verò tripartitum: ex calice surgit pistillum, posticæ floris parti adinstar clavi infixum, ac veluti quatuor embryonibus stipatum, qui abeunt in totidem semina subrotunda, minima, in capsula, quæ floris calix fuit, recondita: radix est fibrosa, minima, lignosa: crescit in montibus: planta hæc Hippocrati maximè fuit commendata in morbis ubi calefaciendum, dissolvendum, & stimulandum: dici volunt quòd montibus gaudeat, ἀπὸ τοῦ ὄρους à monte, & χαρὰς gaudio, sed alii, quòd visum exacuatur, ab ὄρεινῳ videre, & γαστρίῳ clarifico, quasi aciem oculorum illustrans. Nonnulli nomen ex adverso datum putant, à γίγῳ quod est algeo, fieri γίγανος, quasi rigens, censent, & tandem ascita littera principe O, in Origanum esse confictum, contrario tamen sensu, quòd minimè refrigeret. B. *Oregō / grove majolein*. G. *Dosten, wolgemuth, bergmunz*. Gall. *Origan*. A. *Origany*.

ORMINUM, vide *Horminum*.

ORNAMENTUM FOLIACEUM, extremitas tubæ Fallopianæ uteri muliebris fimbriata est, eum in modum comparata, ut quasi tot digitis, ovum ex ovario prodiens meliùs comprehenderetur. B. *Het loof-werk*. G. *Der blätteren zierd*. Gall. *Frange membranuse, ou le Pavillon de la Trompe de Fallope*.

ORNITHOGALUM, est planta, quæ habet folia longa, angusta ut graminis, mollia, repentia, excavata, lineam albam in longitudinem habentia; caulis est rotundus, nudus, tener: finis pedunculi ex caule membranula est longa, tenuis: flos est liliaceus, ex petalis sex in orbem positus compositus, cujus singulis intus ad superiora adnascitur stamen: Ovarium tuba longa, apice spherico instructa donatum fit fructus subrotundus, factus seminibus subrotundis, nigris: radix bulbosa aut tuberosa, bulbosus est ferè ut in narcisso, seu ut in porro, ita ut totus habitus ad porrum accedat. Ornithogalum quasi dice-

res *Lac avium*, est bulbus, flores lactis colore albidos proferens, qui in alis aut ovis gallinarum observatur, estque Alphodeli species, ex *ἄρνις* avis, gallina, & *γάλα* lac. B. *Weld-ajuin*. G. Feld-zwibel, acker-zwibel. Gall. *Churtes*. A. Dogs-onion.

ORNITHOGLOSSUM, sive lingua avis, sic vocatur semen Fraxini arboris, ab *ἄρνις* avis, & *γλῶσσα* lingua. B. *Vogel-tong / mussen-tong*. G. Vogel-zung. A. Ashen Keyes.

ORNITHOPODIUM, est planta, quæ habet plures caules flexiles, debiles, ramosos, ferè repentes, rotundos, villosos: folia colutea foliis minora, sibi invicem opposita, & juxta unam costam disposita: flores sunt exigui, leguminosi, in spicas in summitate ramorum congesti: flori succedit siliqua oblonga, articulata, sulcata, undulata, singulo quoque articulo continens semen unum, rotundum; siliquæ verò ad unum pedunculum, & eundem exortum crescunt multæ simul: radix est parva, & alba: hæc planta crescit in pratis. Ornithopodium est avis pes, sic dicitur quòd ejus siliquæ pedem avis cum suis digitis, & articulis referant, ex *ἄρνις* avis & *πῆξ* pes. B. *Vogel-boet*. G. Vogel-fuß. Gall. *Pied d'oiseau*. A. Birds-foot, birds claw.

ORNUS, est Fraxinus Sylvestris, an ab ornatu, ob elegantes rubicundos Fructus? An ab Hebraica voce Oren? B. *Haber-essche / qualster / Iyster-bezie / quartel-bezie / quaal-boom*. G. Mal-baum, vogel-beer, Mas-beer. Gall. *Fresne Sauvage, Cormier Sauvage, Tor-migne*. A. Wild-Ash.

OROBANCHE, est planta Orobum, aliaque Legumina angens & strangulans, ab *Orobus* & *ἄροω* ango, strangulo: vocatur etiam *Limodoron*: habet caulem rectum, cylindricum, aut rotundum, fistulosum, fragilem, pallidum, villosum; folia non habet, nisi in principio quædam exigua, angusta, spongiosa, citò cadentia: flores juxta summitatem caulium nascuntur, à se invicem distantes, villosi, coloris purpurei, pallidi, flavi aut viridis, odorantes, post florem apparet fructus oblongus, per maturitatem dehiscens in duas valvas, fetus feminibus minutissimis, & albescentibus: radix est bulbosa, obrotunda, squamulosa, pollicis crassitie, extus nigra, intus albes-

bescens, aut flavescens, tenera, succum viscosum amarum habens, per siccitatem fit adeo dura ac os: crescit plerumque in locis arenosis. Gall. *Orobanche* A. Broomrape.

**OROBIDES**, est hypostasis five urinarum subsidentia, ervis aut orobis similis, ex ὄροβος ervum & ἄροβος forma. B. *Erwtachtig gelpkende pis.*

**OROBUS**, est Leguminis species: habens caules exiguos, repentes: folia sunt oblonga, bina conjugata, adnata costæ in mucronem abeunti: flores in spicas congesti, sunt leguminosi, coloris purpurei aut albi: flori succedit siliqua teres, obrotunda, nigra, erecta, facta seminibus subrotundis, angulosis, ovatis, fuscis; saporis paululum amaricantis & ingrati: crescit hæc planta in sylvis. Dicitur παρά τὸ ἐρεπτεσθαι ἀπὸ τοῦ βοῶν, quod boves ea vescantur & faginentur. Gall. *Orobe*.

**ORTHOCOLON**, est articuli rectitudo, ex ὀρθόν rectum, & κῶλον membrum.

**ORTHOPNOEA**, est species Asthmatis, five vitata respiratio, quæ ægri, ne suffocentur, non nisi cervice erectâ respirare possunt, ex ὀρθή recta, & πνοή flatus, spiritus, spiratio. B. *Den ademhaling / die alleen recht opzittende geschieden kan.* Gall. *Asthme*.

**ORVIETANUM**, vide *Orvietanus*.

**ORVIETANUS**, dicitur esse nomen alicujus agyrtae vel circumforanei, alias *Hieronimus Ferrantes* dicti, qui inventione alicujus antidoti singularis, vel Electuarii alexipharmaci claruit contra omnia venena. Is enim primus ausus fuit publico foro deglutire ignotum sibi quodlibet toxicum. Vulgò vocatur *Orvietaan*. Nomen traxit ab urbe Italiae *Orvieto*, hinc *Orvietanum*.

**ORYZA**, planta est culmifera, cujus semen in usu domestico familiare, album, oblongum instar Tritici, in Asia multisque Europæ locis crescens; habetque caulem tritico crassiorum, per intervalla nodosum: folia longa, carnosa, porrum referentia. B. *Ryst.* Gall. *Ris.* A. *Rice.*

**Os**, Gr. ὄστος, est substantia totius corporis Animalis, durissima, compactissima, siccissima, alba, ex variis membranis lamellatim sibi incumbentibus, & firmiter sibi applicatis, perreptantibus mediis vasis contexta, ut sic corporis stabilimentum, ejusque motum facilem reddat &

in munimentum quibusdam partibus se præbeat, destina-  
ta. Ossium numerus *Achangelii* 249. constituitur. Alii com-  
muniter 304. quidam tot, quot unius anni dies numerant.  
Numerus tamen incertus est, quia ossa infantium ab adul-  
tis differunt, item quod ossa tésamoidea & dentis in ipsis  
adultis, & senibus certò numero non determinantur. Va-  
riant figura, quædam rotunda, plana, acuta, obtusa, con-  
cava, spongiosa, solida, oblonga, triangularia &c. Gr. *ὀστέον*. B. *Been*. G. Ein bein. Gall. *Un Os*. A. A Bone. Os  
etiam est primus alimenti introitus qui duobus clauditur  
labiis. Gr. *ἔρπον*. B. *Der mond*. G. Der mund, das maul.  
Gall. *Bouche*. A. The Mouth. Phythologicis officuli voca-  
bulum imponitur lapideis seu ligneis corticibus, qui nu-  
cleos circumdant. B. *De steentjes in de vruchten*. G. Ein  
stein, ein kern. Gall. *Noyau*. A. Nut shell.

OSATIS, vide *Isatis*.

OSCITATIO, est expansio omnium serè musculorum  
voluntariorum simul, maximè autem maxillarium, & ex-  
plicatio ampla pulmonis, undè quam plurimum aëris len-  
tè & sensim inspiratur, qui aliquamdiu retinetur, & ra-  
refactus iterum lentè & sensim expiratur, hæc Febrium  
quoque ordinarium symptoma est, sub initio incidens :  
attamen & alibi evenit, & iis quoque, qui sani utcumque  
habentur : sæpè, dum è lecto surgimus, oscitatione ali-  
quâ afficimur, maximè si somno non sumus expleti, aut  
quando pleno stomacho dormivimus; imò adeo frequens  
omnibus est Oscitatio, adeòque ei assuevimus, ut meritò  
dictum sit, *Oscitante uno, oscitat & alter*, hinc qui imbe-  
cilles, pigri, lassi, defatigati, valetudinarii, & ii maximè,  
qui à morbis reconvascunt, sæpius de die solent, aut  
sponte suâ, aut aliorum exemplo velut excitati oscitare.  
Dicitur & *Oscedo*. Gr. *χάσσειν*, & *χάσσειναι*. B. *Gerwin-  
ge/ gappinge*. G. Das gähnen. Gall. *Bailllement*. A. Ga-  
ping, Yawning.

OSCUA, sunt extremæ vasorum apertura.

OSCULUM UTERI, est illud foramen partis inferio-  
ris Uteri, per quod semen ex pene virili ejectum intrat in  
uterum; in virginibus tam exiguum est, ut stylum tenuio-  
rem solummodo excipiat, & nullo conatu vel minimus  
digitus in eam intrudi possit, ex eo etiam menstrua fluunt.  
Prominet in vaginæ capacitatem, tincæ pisicis ori, aut ut

*Galenus* mavult, glandi virili per simile est; rimam habet transversam; in virginibus osculum illud exiguum, est in mulieribus quæ sæpè pepererunt, majus evadit; si nimium laxetur, vel exulceretur, cicatrice obducatur, vel humidum nimis fiat, sterilitas sequitur. B. *De mond van de moeder / de roze / de kroon.* G. Der mund der moeder. Gall. *l'Orifice interne de la matrice.* A. The Mouth of the Womb.

**OSMUNDA**, est Filicis species, quæ dicitur *Regalis, Palustris, Aquatilis, Florida* &c. habet caulem viridem, striatum, ramosum, se in latum extendentem: folia sunt ampla, satis angusta, parva; disposita supra unam costam in unum foliolum terminatam; summitas caulis se in multos dividit, qui singuli rami sustinent multos racemos fructus minimos habentes, quorum fructuum structura non examinari potest nisi microscopii ope; singuli racemi habent capsulas membranaceas sphaericas, quæ in duas partes apertæ fundunt semina quædam oblonga: hæc planta nullos gerit flores: radix est nigra, & longa; crescit in locis aquis & humidis: An Etymologia sit ficta, an Barbarica, an ab ore mundando, necdum compertum habeo. B. *Water-varen.* G. Wasser farn. Gall. *Osmonde, ou Fougere aquatique.* A. Osmond royal, water fern.

**OSSA**, vide *Os*, dicuntur & *Officula*, suntque duri & lapidei cortices, qui nucleos circumdant.

**OS SEPIÆ**, piscis sepia os candidum est, oblongum, angustum, compressum, superna superficie durum & læve, inferiori autem fungosa quasi medulla ejusdem coloris repletum. Gr. *Σηπιοῦ*, quia intra vesiculam in corpore liquor ater, ac si esset putridus, reperitur, nam *σῆπις* significat putrescere. B. *Zeeschuwim.* G. Fischbein, blackfish, blakkittel. Gall. *Sèche, ou Bouffron.* A. The Cuttlefish.

**OSTAGA**, est *Volsella* seu forceps quæ ossa eximuntur. Item, est instrumentum Chirurgicum, quo ossa vel attolluntur, vel deprimuntur, vel omnino loco moventur, ex *ὄσται* os, & *ἀγρῆβαι* capio.

**OSTEOCOLLA**, est lapis albo cinereo colore ossifigæ figuram æmulans. Nascitur Darmstatio in agro in Palatinatu, (*aan de berg-straat.*) item in Saxonia, in Silesia &c. crescit per arenam formâ corallii albi. Putant hoc Remedio ossa citò conglutinari, & callo obduci, si intus



intus sumatur, & Emplastris admisceatur. B. *Wal-steen/*  
*been-lym.* G. Bein-bruch, bruch-stein, bein-well, wal-  
stein, sand-stein, stein-bein. Gall. *Osteocolle, Pierre des*  
*rompus.* A. The bone binder.

OSTEOGENICA vel *Callum generantia* medicamen-  
ta dicuntur, quæ in ossibus impedimentum tollunt, quo-  
rum virtute impediatur, ne humor in iis concreveret.  
B. *Beenmakende middelen.*

OSTEOLOGIA, est de ossibus enarratio seu descrip-  
tio, ex ὀστέον os, & λόγος narro. B. *Beschryvinge der bee-*  
*nen.* G. Beschreibung der beinen. Gall. *Osteologie.*

OSTEON, vide *Os.*

OSTOCOPI, sunt dolores ossium, five potius dolores  
periosteï aut nervorum, ossa subeuntium: ossa enim qua-  
tenus ossa non sentiunt, dicitur & *Lassitudo contundens,*  
ex ὀστέον os, & κόπος labor. B. *Opnder beenen.* G. Schmer-  
zen der beine. Gall. *Douleur dans l'Os.* A. Pains in the  
Bones.

OBSTRUTIUM, seu ASTRANTIA, vel MAGIS-  
TRANTIA, est *Imperatoria*, dicitur & *Laserpitium*: pri-  
mum videtur dictum, deinde depravata nomenclatura,  
*Osteritium*, postremo *Ostritium* cœpit appellari. Qui sanè  
lapsus admodum fuit, abjectâ nempe litterâ primâ *Asteri-*  
*ritium*, & dein mutato *a* in *o*, *Osteritium* ac postremo ma-  
gis concisè *Ostritium* nominare imperiti cœperunt. B.  
*Meester-wortel.* G. Meister-wurtz, magistrantz, ostritz.  
Gall. *Imperatoire.* A. Pellitoire of spayne, Master-wort.

OSYRIS, est *Linaria*, sed illud nomen etiam aliis her-  
bis imponitur: vocatur ab hodiernis Græcis *Auxyris.*  
Vide *Auxyris.*

OTALGIA, five aurium dolor, is sæpè est gravissimus  
& lacerans, atque aded nonnunquam, ut non modo som-  
num omnem impediatur, sed delirium inducat. Jam ut hic  
dolor non fit sine inflammatione, quæ aliquando exterius  
conspicua est, ita frequenter in abscessum transit, purè ex  
auribus fluente: aliquando iste dolor per vices affligit,  
& conjunctam habet odontalgiam, imò tinnitum & surdi-  
tatem, ab ἑσ auris, & ἀλγία doleo. B. *Ohren-*  
*schmerzen, ohr pein.* Gall. *Otalgie, douleur d'Oreille.*  
A. Paine in the Eares.

OTENCHYTA, seu CLYSTER AURICULARIUS,  
Rt 2 Cel

Celso, *Αυλός*; *Ægin.* est siphunculus, quo medicamenta auribus immittuntur, ab *ε*; auris, & *εγγυω* infundo. B. *Gen oozspritz.* G. Eine ohr spritze. Gall. *Siringue d'Oreille.* A. An Auricular Clyster.

OTICA, sunt medicamenta, adversus aurium morbos, ab *ε*; auris. B. *Genesmiddelen der ooren.*

OVA, sunt capsulæ seu thecæ, omnium animalium & vegetabilium prima rudimenta includentes; in iis enim continetur Hominis, Brutorum, ut & Vegetabilium primum stigma, quodque magis & magis solidescens suum producibile producit: vel in feminis sunt spherulæ, quæ deprehenduntur in superficie ovariorum sub membrana cingente, infernè per calicem crassiusculum concretæ ipsi substantiæ ovarii, pellucidæ, humore lymphatico, ad ignem concresecente, repletæ, binisque membranulis concentricis sibi que invicem arctissimè nexis constantes; Chorion scilicet & Amnios: Bullulæ verò hæc, calice suo hærent finibus minutissimis vasorum ad ovaria euntium, post usum veneris ferè tantum apparent, sensim tumescunt, pedetentim magis pellucent, crassescunt in membranis suis, membranam ovarii elevant, extendunt, in formam papillæ sic dilatant, ut emineant, à pedunculo suo pendeant, inde separentur, cicatricem cavam relinquunt in substantia & membrana effracta ovarii, sensim iterum coalescentem; tandem & in his bullulis hic loci adhuc hærentibus ovario, fætus inventi fuere, undè nullum est dubium, quin in his conceptus fiat, & sint tantum animalculorum receptacula, ubi nutriuntur, augentur &c. B. *Gen ei.* G. Ein ey. Gall. *Un Oeuf.* A. Egges.

OVARIUM, est testis muliebris; utero ad distantiam binorum circiter pollicum lateraliter annectuntur per ligamenta valida duo Ovaria, quæ & ope membranarum aliarum à peritonæo ortarum obvoluta firmantur; hæc corpora sunt scabra, ferè ovata; in superiori tamen parte magis plana quam gibbosa apparent, in horum superficie, sub membrana cingente reperiuntur spherulæ sive Bullulæ ova dictæ; ovariorum varia magnitudo est pro ætatis & temperamenti ratione, etenim in libidinosis, & ætatis flore constitutis plerumque sesquidrachmam pendent, in vetulis verò exsucca, parva, quasi corrugata, vix ad semidrachmam ascendunt, nunquam tamen evanescent, in in-

fan.

fantibus adhuc minora quam in decrepitis. Substantia eorum membranosa est, fibrosa, plurimisque intertexta vasibus, spermaticis scilicet & hypogastricis, aliisque antè ingressum suum hic loci ita unitis, & cum nervis committis & intricatis, ut fabrica haud describi queat, & hoc modo faciunt ovarii structuram. Vide *Orchis*. Gall. *Ovaire*.

OVIDUCTUS, idem quod *Tuba Fallopiana*.

OVUM, est species doloris capitis, quæ sentitur magnitudine ovi: & sic à figura, quam ovum occupat, denominationem accepisse videtur. B. *Hooft-ppn een ei-groote*.

OVUM PHILOSOPHICUM seu CHYMICUM, est vitrum inferius rotundum, quodque in superficie fistulam ex eadem materia oblongam habet: hisceque utuntur ad circulandos & exaltandos liquores, dicitur & vas Hermeticum. B. *Ein Philosophis* si. G. Ein Philosophisch ey. Gall. *Oeuf Philosophique*. A. A Philosophical Egge.

OXALIS, est *Acetosa*, ex  $\text{ξ}\text{ξ}$  acidum.

OXELLEUM, est mixtio aceti cum oleo, ab  $\text{ξ}\text{ξ}$  acetum, &  $\text{λαιον}$  oleum.

OXYACANTHA, est Berberis; sic dicitur ab acidis baccis, & spinis, ergo ab  $\text{ξ}\text{ξ}$  acidum &  $\text{ακανθα}$ . Vide *Berberis*.

OXYACANTHA, est *Spina Acuta*, sive *Vallaris*, aut *Sepicularis*;  $\text{ξ}\text{ξ}$  enim est acutum, &  $\text{ακανθα}$  spina. B. *Wagdoorn*. G. Hagedorn. Gall. *Aubespine*. A. Haw-thorn, White-thorn.

OXYCEDRUS, sive acuta cedrus, quod cedri folia in acutum desinant aciem, ex  $\text{ξ}\text{ξ}$  acutum, & cedrus.

OXYCRATUM, est aceti cum aqua mistio, Pusca vel Posca dictum, ab  $\text{ξ}\text{ξ}$  acetum. Et  $\text{κρηνημι}$  misceo. B. *Water en eck*. G. Wasser und eszig. Gall. *Oxycrat*, *Veau melée avec du vinaigre*. A. Vinegar mixt With water.

OXYCROCEUM, est emplastri cuiusdam nomen quod ex croco & aceto mixtum, pice aliisque rebus componitur, ex  $\text{ξ}\text{ξ}$  acetum &  $\text{κροκος}$  crocus. B. *Saffraan pleister*. G. Saffran pflaster. Gall. *Oxycroce*. A. Idem.

OXYDERCICA, sunt medicamenta visum acuentia, ex  $\text{ξ}\text{ξ}$  acutum &  $\text{δερκα}$  video.

OXYGALA, est lac acidum, ex  $\text{ξ}\text{ξ}$ , &  $\text{γαλα}$  lac.

OXYLAPATHUM, est Lapathum acutum, ex  $\text{ξ}\text{ξ}$  acutum

tum & Lapathum. B. *Patich / Weerdig*. G. Mengelwurtz. freyff-wurtz, grind-wurtz, zitter-wurtz. Gall. *Parvella*. A. Dock.

OXYMEL, est compositio in formam syrupi, ex aceto & melle, ab ὄξος acetum, & μέλι mel. B. *Aspu Horing*. G. Essig-meth. Gall. *Oxymel*. A. Idem. Vide *Apomeli*.

OXYREGLIA, est acidus è ventriculo ructus, ab ὄξος acidum, & ἰσχυρὸν ructo.

OXYRHODINUM, est acetum rosaceum, ab ὄξος acetum, & ῥόδον rosa. B. *Rosen-ess*. G. Rosenszig. Gall. *Vinaigre rosat Oxyrhodine*. A. Idem.

OXUS, est planta, quæ habet caules longos, flexiles, teneros, rotundos, purpureos aut rubicundos: folia sunt terna, cordiformia, eidem pedunculo adnascencia, mollia, succulenta, saporis acidiusculi & grati: flores sunt campaniformes, monopetali: post florem sequitur fructus membranaceus, quinquelocularis, oblongus, sætus seminibus rubicundis calyptrâ elasticâ involutis, ejusque vicum impetu dissilientibus: radix crassa, squammosa, fibrosa, alba, aut rubicunda, fibras longas & albas habens: hæc planta habet odorem gratum, sed non penetrantem. *Trifolium Acetosum*, *Alleluia*, & *Panis Cuculi*, vel quod Cuculus avis eo vescatur, vel quia hoc erumpente, cuculus vocem suam edere incipit. *Oxus* verò vocatur ab acido sapore. Vide *Oxytriphylum*.

OXYSACCHARUM, est compositio ex aceto & saccharo. Nonnunquam in aceto prius infunditur vitrum ammonii, & tunc dicitur *Vomitivum*; aliquando Scilla, & appellatur *Scilliticum*, ex ὄξος acetum, & σάκχαρον Saccharum. G. *Aspnige supher*. G. Essig fucker. Gall. *Oxyfacheron*, *Vinaigre sucré*. A. Oxy sacchara.

OXYNOSEMA, idem quod *Morbus Acutus*.

OXYTRIPHYLLUM, est trifolium acetosum, ex ὄξος acidum, & τριφύλλον trifolium. B. *Klaber-zuring / Koeckhoeks-brood / Koeckhoeks-look*. G. Saurer-kee, buch-kee, buch-ampffer, buch-brot, guckhugs-kee, gauch-kee, hasen-kee, gauch-brot, hasen-ampffer. Gall. *Alleluia*, *Pain à Coucou*. A. Wod-four, Wood-forrel.

OZÆNA, est ulceratio interiores naris, tetrum odorem spirans, ossicula nasi, & tunicam palati serpendo erodens, oriunda ex lue venerea, polypo exulcerato vel catharris

tharris acribus : ab ὀσφῶ olfacio. B. *Fen stinkende neug.*  
*zwcer.* G. Nasen geichwuer. Gall. *Ozene, Punais, Pon-*  
*pe.* A. Stinking of the Nose.

P.

**P.** Simplex Medicis *Pugillum* significat, imò & aliquan-  
 do *pando* vel π, aut π, vel π simplex.

P. Æ. vel PART. ÆQ. denotat partes æquales.

P. N. idem est quod præter Naturam.

PAR. significat *Paria*, Ex. g. Rec. N. par. V.

PART. ÆQ. vide Supra.

**PACHUNTICA**, sunt medicamenta in crassantia, cras-  
 sis ramosisque partibus prædita, quæ dum succis tenuio-  
 ribus permiscetur, partes eorum conjungendo, & inter  
 sese connectendo, crassiorem & stabiliorem consistentiam  
 ipsis tribuunt, ut Bolus armena, Amylum, Nymphaea,  
 Amygdala, Papaver, à παχύνω in crasso. B. *Verdikhende*  
*middeljen.* Gall. *Remedes in crassans.*

**PÆDARTHROACE**, cariem ossis significat; est scor-  
 buti symptoma, ex παις puer, ἄρθρον membrum & καλόν  
 malum, nam pueri hoc malo plerumque afficiuntur, ve-  
 rum & adultis quoque accidit, confunditur cum *Spina*  
*Ventosa*. Nihil aliud ergo est quam caries ossium, maximè  
 circa puerorum articulos cum dolore obscuro & apparen-  
 te tandem articuli tumore conjuncta, orta à materia acri,  
 dissolvente & corrodeute, ab ossium medulla incipiens,  
 ulterius serpendo ulcera sinuosa & maligni moris, fistu-  
 lasque in vicinia producit. B. *Bein-uzerter.* G. Bein-fret-  
 ser. Gall. *Gangrene de l'Os.* Vide *Caries & Teredo.*

**PÆDÓTROPICA**, est pars Hygieinæ, spectans ad pue-  
 rorum regimen, ex παις puer, & τροφή ratio, modus,  
 vel à τρέφω nutrio. B. *Opvoedinge der kinderen.*

**PÆONIA**, vide *Pæonia*.

**PALÆTYRUS**, est caseus vetus, ex παλαιός vetus, &  
 τυρός caseus, à τίρω sicco, caseus enim est lac siccatum.

**PALATUM**, est superior oris pars, instar tholi leviter  
 concavum, undè & oris cælum appellatur, constans ma-  
 ximâ parte ossè quarto maxillæ superioris, & dein duo-  
 bus ossiculis propriè palati dictis, quæ omnia obvolvun-  
 tur membrana crassâ, glandulosa, rugas versùs postero-  
 ra determinatas habente. Item vocatur Ἰπιδίον, Ουρανός,